



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

29. Tres reprehe[n]duntur à Christo, quòd no[n], quomodo oportuit,
voluerint ipsum sequi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47925](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47925)

S. Mattheus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
bentes: & eiiciebat spiritus verbo: & omnes male habentes curauit: vt adimpleretur quod dictum est per Itaiam prophetam dicentem, Ipse infirmitates nostras accepit: & ægrotationes portauit. * 29.	dixerunt ei: Quia omnes quærunt te. Et ait illis, Eamus in proximos vicos & ciuitates, vt & ibi prædicet: ad hoc enim veni erat prædicans in synagogis eorum, & in omni Galileæ: & dimonia eiiciens. * 44.	bus ille ait, Quia & alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei: quia ideo missus sum. Et erat prædicans in synagogis Galileæ. * 26.	

CAP. 29. Tres reprehenduntur à Christo, quòd non quomodo oportuit, voluerint ipsum sequi. Matth. Cap. 8. * 28. Luc. Cap. 9. * 76.

S. Mattheus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
V idens autem Iesus turbas multas circum se, iussit ire trans fretum. Et accedens vnus scriba, ait illi, Magister, sequar te, quocunque ieris. Et dicit ei Iesus, Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos: filius autem hominis non habet vbi caput reclinet. Alius autem de discipulis eius ait illi, Domine, permittite me primum ire, & sepelire patrem meum. Iesus autem ait illi, Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos. * 30.		F actum est autem: ambulans illis in via, dixit quidam ad illum, Sequar te quocunque ieris. Dixit illi Iesus, Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos: filius autem hominis non habet vbi caput reclinet. Ait autem ad alterum, Sequere me. Ille autem dixit, Domine, permittite mihi primum ire, & sepelire patrem meum. Dixitque ei Iesus, Sine vt mortui sepeliatur mortuos suos: tu autem vade, annuntia regnum Dei: Et ait alter, Sequar te Domine, sed permittite mihi primum renuntiare his qui domi sunt. Ait ad illum Iesus, Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retrò, aptus est regno Dei. * 83.	

CAP. 30.